



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. I. Quid, & quotuplex sit infidelitas?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

hæc actio est instituta ad finem politicum, ut conjuges habeantur, & proles non censeantur illegitimæ.

CAPUT IV.

De Infidelitate, & vitiis Fidei oppositis.

DUBIUM I.

Quid, & quotuplex sit Infidelitas?

Resp. I. Infidelitas generatim est triplex. *Prima* dicitur *Negativa*, eorum scilicet, qui nihil unquam de fide audiverunt. Quæ non tam est peccatum, quàm pœna peccati: quia si fecissent, quod in ipsis erat, DEUS fidem eis non abscondisset. *Secunda* dicitur *Contraria*, eorum scilicet, qui fidem sibi sufficienter propositam, vel contemnunt, vel ei contradicunt pertinaciter; ut hæretici. *Tertia* dicitur *Privativa*, quod privativè opponatur fidei; & est culpabilis ignorantia, vel error circa res fidei, *S. Thom. Sanch. Vasq. Lay. c. 12.*

Resp. II. Infidelitas *Contraria*, ex triplici modo repugnandi fidei, est triplex: scilicet *Paganismus*, qui fidei nondum susceptæ; *Judaismus*, qui fidei susceptæ in typo; & *Hæresis*, quæ fidei susceptæ in veritate, repugnat. *Apostasia* à fide revocatur ad hæresin, à qua tantum differt, quod

Hæresis sit error fidei ex parte tantum contrarius; *Apostasia* verò ex toto.

S. Th. Laym. l. c.

DU-